



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Jn nocturno ps.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

6
Feria 6
Domini qui fecit nos. Veni
te adoremus. ps. Venite.

Quod nocturno ps.
Cultate deo adiu
tori nostro: iubilas
te deo iacob. **S**u
mte psalmi et da
te tympanum: psalterium iocun
dum cum cithara. **B**ucina
te in neomenia tuba in insig
ni die solennitatis v're. **Q**uia
preceptum i israel est: et iudi
cium deo iacob. **E**stimoni
um in ioseph posuit illud cui
exiret de terra egypti: linguas
qua non nouerat audiuit. **D**i
uertit ab oneribus dorsu ei:
manus eius in cophino serui
erunt. **I**n tribulatione inuoca
sti me et liberaui te: exaudiui
te in abscondito tempestatis:
probauit te apud aquam contra
dictionis. **A**udi populus me
us et cōtestabor te: israel si au
dieris me non erit in te deus
recens neqz adorabis deū ali
enum. **E**go enim sum dñs ds
tuus qui eduxi te de terra egypti
et dilata os tuum et implebo il
lud. **E**t non audiuit populus
meus vocem meam: et israel non
intēdit mihi. **E**t dimisi eos
sicut desideria cordis eorum: ibunt
in adinuentiōibus suis. **S**i po
pulus meus audisset me isra
el si in vijs meis ambulasset.
Pro nihilo forsitan inimicos
eorum humiliassem: et super tribu

lantes eos misisset manū me
am. **I**nimici dñi mentiti sūt
ei: et erit tempus eorum in secula
Et cibauit illos ex adipe frum
menti: et de petra melle satu
Deus stetit in rauit eos
synagoga deorum in me
dio ut deos diiudicat. **U**sqz
quo iudicatis iniquitates: et
facies peccatorum sumitis. **I**u
dicat egeus et pupillo: humi
le et pauperem iustificat. **E**t ri
puit pauperem et egenum de ma
nu peccatoris libera te. **N**e
scierunt neqz intellexerunt in tene
bris ambulantes: mouebuntur
omnia fundamenta terre. **E**t go
dixi dii estis et filij excelsi om
nes. **U**os autem sicut homines
moriemini: et sicut vnus de prin
cipibus cadetis. **E**t surge de
us iudica terram quoniam tu heredi
tabis in omnibus gentibus. **G**la
ria. **E**xultate deo adiutori nro
Deus quis similis erit ti
bi: ne taceas neqz cōpe
scaris deus. **Q**uoniam ecce in
imici sonuerunt: et qui oderunt
te extulerunt caput. **S**uper po
pulum tuum malignauerunt con
siliū et cogitauerunt aduersus sa
ctos tuos. **D**ixerunt venite et
disperdamus eos: de gente et
non memores nomē israel ultra
Quoniam cogitauerunt vnanimes
simul aduersus testamentum
disposuerunt tabernacula idu
meorum et hyssmaelite. **M**oab et

agarenū gebal z amon z ama
 lech: alienigenē cū habitanti-
 bus tyru. **A**reni assur venit
 cū illis: facti sūt in adiutoriu
 filijs loth. **E**ac illis sic ma-
 dian z sifare: sicut iabin in toz
 rente cyson. **D**ispererūt ī en-
 dor: facti sunt vt stercus terre.
Pone principes eorum sicut
 oreb z zeb z zebec z salmana.
Omnēs principes eorū: qui
 dixerūt hereditate possidea-
 mus sanctuariū dei. **D**e⁹ me-
 us pone illos vt rotam: z sicut
 stipulam ante faciem venti.
Sicut ignis qui cōburit sil-
 uam: z sicut flamma combu-
 rens montes. **I**ta perseqr̄is
 illos in tempestate tua: z ī ira
 tua cōturbabis eos. **I**mple
 facies eorū ignominia: z que-
 rent nomē tuū dñe. **A**rubes-
 cant z conturbētur ī seculū
 seculi: z cōfundātur z pereant.
Ut cognoscant qz nomē tū-
 bi dñs: tu solus altissimus in
Quam dile-
 cta tabernacula tua dñe
 virtutū: cōcupiscit z deficit a-
 nima mea in atria dñi. **A**oz
 meum z caro mea exultauerūt
 ī deum viuū. **A**reni passer
 inuenit sibi domū z turtur nī-
 dū sibi vbi pōat pullos suos.
Altaria tua domine virtu-
 tum rex meus z deus meus.
Beati qui habitant ī domo
 tua: in secula seculorū lauda-

bunt te. **B**eatus vir cuius est
 auxiliū abs te: ascensiones
 in corde suo. disposuit in valo-
 le lachrymarū in loco quē po-
 suit. **A**reni benedictōes da-
 bit legislator: ibūt de virtute
 in virtutem: videbitur d̄s de-
 orū in syon. **D**ñe d̄s virtutū
 exaudi orationē meā: auribz
 percipe deus iacob. **P**rote-
 ctor noster aspice de⁹ z respī-
 ce ī faciem christi tui. **Q**uia
 melior est dies vna ī atrijs
 tuis super milia. **A**legi ab-
 iectus esse ī domo dī mei ma-
 gis q̄ habitare ī tabernacu-
 lis peccatorū. **Q**uia miseri-
 cordiam z veritatē diligit de-
 us: grām z gloriam dabit do-
 min⁹. **N**ō priuabit bōis eos
 qui ambulāt ī innocētia do-
 mine virtutū: beatus homo
 q̄ sperat in te. **G**loria. **Añ.**
Tu solus altissimus sup om-
Benedixisti nē terram.
 domine terraz tuā: auer-
 tisti captiuitatem iacob. **R**e-
 misisti iniquitatem pleb̄ tue:
 operuisti om̄ia peccata eorum.
Mitigasti omnē iram tuaz
 auertisti ab ira indignatiōis
 tue. **C**onuerte nos d̄s saluta-
 ris noster: z auerte iram tuam
 a nobis. **N**unquid ī eter-
 num irasceris nobis: aut extē-
 des iram tuā a generatōe ī ge-
 neratiōē. **D**eus tu cōuer-
 viuificabis nos: z plebs tua

letabitur in te. **O**stende nobis dñe misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. **A**udias quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebe sua. **E**t super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor. **V**erumtamen prope timentes eum salutare ipsius ut inhabitet gloria in terra nostra. **M**isericordia et veritas obuiauerunt sibi: iusticia et pax osculate sunt. **V**eritas terra orta est: et iusticia de celo prospexit. **E**t tunc dominus dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum. **I**usticia autem eum ambulabit et ponet in via. **R**edina gressus suos. **D**omine aurem tuam: et exaudi me quoniam inops et pauper sum ego. **C**ustodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te. **M**iserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die. letifica animam serui tui quoniam ad te domine animam meam leuaui. **Q**uonia tu domine suauis et mitis: et multe misericordie omnibus inuocantibus te. **A**uribus percipe domine orationem meam et intende voci deprecationis mee. **I**n die tribulationis mee clamaui ad te quia exaudisti me. **N**on est similis tui in dijs domine: et non est similia opera tua. **O**mnines gentes quascunque fecisti ve-

nient et adorabunt coram te domine et glorificabunt nomen tuum. **Q**uonia magnus es tu: et facies mirabilia: tu es deus solus. **D**educ me domine in viam tuam et ingrediar in veritate tua: letetur cor meum ut timeat non meum tuum. **C**onfitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in eternum. **Q**uia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori. **D**eus iniqui insurrexerunt super me: et synagoga potentium quaesierunt animam meam et non proposuerunt te in conspectu suo. **E**t tu domine deus misericors et misericors patiens et misericors domine et verax. **R**espice in me et miserere mei: da imperium tuum puero tuo: et saluum fac filium ancille tue. **F**ac mecum signum in bono ut videant qui oderunt me et confundantur quoniam tu domine adiuuisti me. et consolatus es me. **G**loria patri et filio et spiritui sancto. **S**icut erat in principio. **Re. An.** **B**enedixisti domine terram tuam. **F**undamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas syon: super omnia tabernacula iacob. **G**loriosa dicta sunt de te ciuitas dei. **M**emor ero rhab et babilonis scientium me. **E**cce alienigenae et syrus et populus ethiopus

hi fuerunt illic. **N**unquid si dicitur
 et homo et homo natus est in ea: et ipse
 se fundavit eam altissimus.
Dominus narrabit in scripturis
 populorum et principum horum qui
 fuerunt in ea. **S**icut letantur
Omnium habitatio in te.
Domine deus salutem mee
 in die clamaui et nocte coram
 te. **I**ntret in conspectu tuo ora-
 tio mea: inclina aurem tuam
 ad precem meam. **Q**uia repleta est
 malis anima mea: et vita mea
 in inferno appropinquit. **A**sti-
 matus sum cum descenderem in la-
 cum: factus sum sicut homo sine adiu-
 torio inter mortuos liber. **S**i-
 cut vulnerati dormientes in sepul-
 cris quorum non es memor:
 amplius: et ipsi de manu tua re-
 pulsi sunt. **P**osuerunt me in la-
 cu inferiori: in tenebris et in
 umbra mortis. **S**uper me con-
 firmatus est furor tuus: et om-
 nes fluctus tuos induxisti su-
 per me. **L**onge fecisti notos
 meos a me: posuerunt me ab
 hominationem sibi. **T**raditus
 sum et non egrediebar: oculi
 mei languerunt pro inopia.
Clamaui ad te domine: tota die
 expandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facis mi-
 rabilia aut medicum suscitabunt
 et confitebuntur tibi. **N**unquid
 narrabit aliquis in sepulchro mi-
 sericordiam tuam: et veritatem tuam
 in perditione. **N**unquid co-

gnoscent in tenebris mirabilia
 tua: et iusticia tua in terra
 oblivionis. **E**t ego ad te do-
 mine clamaui: et manus oratio
 mea perveniet te. **U**t quod domine
 repellis orationem meam: auertis
 faciem tuam a me. **P**aup sum
 ego: et in laboribus a iuventute
 mea: exaltatus autem humiliatus
 sum et conturbatus. **I**n me
 transierunt ire tue et terrores tui
 conturbaverunt me. **C**ircumde-
 derunt me sicut aqua: tota die:
 circumdederunt me simul. **N**on
 gasti a me amicum et proximum
 et notos meos a miseria. **G**la-
 patri et filio et spiritui sancto
Sicut erat in principio et nunc
 et semper et in secula seculorum Amen.
Antiphona. **F**undamenta eius in mo-
 nasterio: misericordiam tibi sanctis.
Mercedem domini in eternum can-
 tabo. **I**n generatione et genera-
 tionem: veritatem tuam i ore
 meo. **Q**uia dixisti in eternum
 misericordia iustificabitur in
 celis preparabitur veritas tua
 in eis. **D**isposui testamentum
 electis meis: iuravi dauid ser-
 uo meo usque in eternum prepa-
 rabo semen tuum. **E**t edificabo
 in generatione et genera-
 tionem sedem tuam. **N**on
 confitebuntur celi mirabilia tua
 domine: etenim veritatem tu-
 am in ecclesia sanctorum. **Q**uo-
 niam in nubibus equabitur
 domino: similis erit domina

in filijs dei. **D**eus qui glori-
ficatur in consilijs sanctoruz:
magnus et terribilis sup om-
nes qui in circuitu eius sunt.
Domine deus virtutū quis
similis tibi: potens es dñe: et
sp̄itas tua in circuitu tuo. **Q**u-
dominaris potestati maris:
motum aut fluctuum eius tu
mitigas. **Q**u humiliasti sicut
vulneratus supbū: in brachio
virtutis tue dispersisti inimicos
tuos. **Q**ui sunt celi et tua
est terra: orbem terre et plenitu-
dinem eius tu fundasti: aq̄lo-
nem et mare tu creasti. **A**ba-
boz et hermon in nomine tuo
exultabūt tuū brachiū cū po-
tentia. **E**rimetur man⁹ tua
et exalterur dextera tua: iusti-
cia et iudicium p̄paratio sedis
tue. **M**isericordia et veritas
p̄cedēt faciē tuā: beatus popu-
lus qui scit iubilatōem. **D**o-
mine in lumine vultus tui am-
bulabūt: et in nomine tuo exul-
tabūt tota die: et in iusticia tua
exultabūt. **Q**u in gloria vir-
tutis eoz tu es: et in beneplaci-
to tuo exaltabitur cornu nr̄m.
Quia dñi est assumptio no-
stra: et sancti israel regis nostri.
Qu locutus es in visioe sā-
ctis tuis: et dixisti posui ad-
iutorū in potente: et exaltaui
electū de plebe mea. **I**nveni
dauid seruū meū: oleo sancto
meo unxi eū. **M**anus enim

mea auxiliabitur ei: et brachiū
meū confortabit eū. **N**ihil p̄-
ficiet inimicus in eo: et fili⁹ ini-
quitate nō apponet nocere ei.
Et concidā a facie ipsius ini-
micos eius: et odietes eū in fu-
gam conuertam. **E**t veritas
mea et misericordia mea cum ipso
et in nomine meo exaltabit cor-
nu eius. **E**t ponam in mari
manū eius: et in fluminib⁹ dex-
terā eius. **I**psē inuocabit me
pater meus es tu: de⁹ meus et
susceptor salutis mee. **E**t ego
primogenitū ponaz illū excel-
sū p̄ regib⁹ terre. **I**n eternū ser-
uabo illi misericordiam meā: et tes-
tamentū meū fidele ip̄i. **E**t
ponam in seculū seculi semen
eius et thronū eius sicut dies
celi. **S**i aut dereliquerint fi-
lij eius legē meā et in iudicijs
meis non ambulauerint. **S**i
iusticias meas p̄phanauerint
et mandata mea non custodie-
rint. **V**isitabo in virga ini-
quitates eoz: et in verberibus
peccata eoz. **M**isericordiaz
aut meam non dispergam ab
eo: neqz nocebo in sp̄itate mea.
Neqz p̄phanabo testamē-
tū meū et q̄ p̄cedūt de labijs
meis non faciam irrita. **S**e-
mel iuravi in sancto meo si da-
uid mentiar: semen eius in eter-
nū manebit. **E**t thronus ei⁹
sicut sol in conspectu meo: et si-
cut luna perfecta in eternum:

et testis in celo fidelis. **Tu** vero repulisti et destruxisti: distulisti christum tuum. **Averti** sti testamentum serui tui: probasti in terra sanctuarium eius. **D**estruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius: formidinem. **Diripuerunt** eum omnes transiuntes viam: factus est obprobrium vicinis suis. **Exaltasti** dexteram deprimentium eum: letificasti omnes inimicos eius. **Avertisti** adiutorium gladii eius: et non es auxiliatus ei in bello. **Destruxisti** eum ab emundatione: et sedem eius in terra collidisti. **Minorasti** dies temporis eius: perfudisti eum confusione. **Usquequo** domine auertis in fine: exardescit sicut ignis ira tua. **Memorare** que mea substantia: nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum. **Quis** est homo qui viuet et non videbit mortem eruet animam meam de manu inferi. **Ubi** sunt misericordie tue antiquae domine: sicut iurasti dauid in veritate tua. **Memor esto** domine obprobrium seruorum tuorum quod continui in sinu meo multarum gentium. **Quod** exprobrauerunt inimici tui domine: quod exprobrauerunt commutationes christi tui. **Benedictus** dominus in eternum fiat fiat. **Deus** ultionum dominus: deus ultionum libere egit. **Et**

altare qui iudicas terram: redde retributionem superbum. **Usquequo** peccatores domine: usquequo peccatores gloriabuntur. **Confabuntur** et loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operantur iniustitiam. **Populum** tuum domine humiliauerunt: et hereditatem tuam vexauerunt. **Vidua** et aduenam interfecerunt: et pupillos occiderunt. **Et** diripuerunt non videbit dominus: nec intelliget deus iacob. **Intelligite** insipientes in populo: et stulti aliquando sapite. **Qui** plantauit aurem non audiet: aut qui fingit oculum non considerat. **Qui** corripit gentes non arguet: qui docet hominem scientiam. **Dominus** scit cogitationes hominum: quam vane sunt. **Beatus** homo quem tu erudieris domine et de lege tua docueris eum. **Ut** mitiges eum a diebus malis: donec fodiat peccatorum foveam. **Quia** non repellit dominus plebem suam et hereditatem suam non derelinquet. **Quo** ad usque iusticia conuertatur in iudicium: et qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde. **Quis** consurgat mihi aduersus malignantes: aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem. **Nisi** quia dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea. **Si** dicebam motus est pes meus: mi

misericordia tua dñe adiuuabit me. **S**cōm multitudinem do-
 loꝝ meoꝝ in corde meo: cōso-
 latōnes tue letificauerūt ani-
 mam meam. **N**unquid ad-
 heret tibi sedes iniquitatis: q̄
 fingis laborē in p̄cepto. **A**p-
 tabant in animam iusti: et san-
 guinē innocentē condemna-
 bant. **E**t factus est mihi do-
 minus in refugium: et de⁹ me-
 us in adiutoriu⁹ sp̄s mee. **E**t
 reddet illis iniquitatem ipsoꝝ
 rum: et in malicia eoz disper-
 det eos: disperdet illos dñs d̄s
 noster. **G**loria patri et fi. **Añ**
 Benedict⁹ domin⁹ i eternū.
Venite exultemus domi-
 no: iubilemus deo salu-
 tari nostro. **P**rooccupemus
 faciem eius in confessione: et
 in psalmis iubilem⁹ ei. **Q**m̄
 deus magnus domin⁹: et rex
 magn⁹ sup om̄es deos. **Q**uia
 in manu eius sunt om̄es fines
 terre: et altitudines montium
 ipius sūt. **Q**m̄ ipius ē ma-
 re et ip̄e fecit illud: et siccā ma-
 nus eius formauerūt. **V**eni-
 te adoremus et prociāmus
 et ploremus ante deum q̄ fec̄
 nos: q̄ ip̄e ē dñs deus noster.
Et nos populus pascue eius
 et oves man⁹ eius. hodie si vo-
 cem eius audieritis nolite ob-
 durare corda vestra. **S**icut i
 irritatōe fm̄ diem temptatō-
 nis in deserto ybi temptaue-

rūt me patres vestri: pbauerūt
 et viderunt opera mea. **Q**ua-
 draginta annis offensus fui
 generatōni illi: et dixi semper:
 hi errant corde. **E**t isti non
 cognouerūt vias meas vt iu-
 rari in ira mea: si intrabūt in
Quia te dño requiem meam.
 cantate dño om̄is terra. **Q**uā-
 tate dño et benedicite nom̄i
 eius: annūciate de die in die
 salutare eius. **A**nnūciate in
 ter gentes gloriā ei⁹: i om̄i-
 bus populis mirabilia eius.
Qm̄ magnus dñs et lauda-
 bilis nimis: terribilis ē sup
 omnes deos. **Q**m̄ om̄es di-
 gentiū demonia: dñs autē ce-
 los fecit. **C**onfessio et pulchri-
 tudo in conspectu eius: sancti-
 monia et magnificentia i san-
 ctificatōne eius. **A**fferre do-
 mino patrie gentiū. afferre do-
 mino gl̄iam et honorem: affer-
 te dño gl̄iaz nomini ei⁹. **C**ol-
 lite hostias et introite i atria
 eius adorare dñm in atrio sā-
 cto eius. **C**ōmoueatur a fa-
 cie eius vniuersa terra. dicite
 in gentibus q̄ domin⁹ regna-
 uit. **E**t teni⁹ crexit orbem terre
 qui non cōmouebitur: iudica-
 bit populos in equitate. **N**e-
 ten⁹ celi et exultet terra. cōm-
 moueatur mare et plenitudo
 eius gaudebit cāpi et om̄ia
 que in eis sunt. **E**t unc exul-

rabunt omnia ligna siluaruz a facie dñi qz venit: qñ venit iudicare terram. Iudicabit orbem terre in equitate: et populos in veritate sua.

Omninus regnavit erul tet terra: letentur insule mlte.

Nubes et caligo in circuitu eius: iusticia et iudicium cor/ rectio sedis eius. **I**gnis ante ipsum pcedet et inflamma/ bit in circuitu inimicos eius.

Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vidit et comota e terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie dñi: a facie omnis terre.

Annunciauerunt celi iusticia eius: et viderunt omnes populi gloriam eius. **C**onfundant omnes qui adorant sculptilia et qui gloriatur in simulacr/ suis.

Adorate deum omnes angeli eius: audiuit et letata est sion. **E**t exultauerunt filie iude propter iudicia tua dñe.

Quonia tu dominus altissi mus super omnem terram: ni mis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis domi/ nu odite malu: custodit domi nus animas sanctoruz suoz de manu peccatoris libabit eos.

Lux orta est iusto: et recti cor de leticia. **L**etamini iusti in dño et cofitemini memorie sa crificatois ei.

Gla. añ. **L**a tare dño et bñdicite noi ei.

Intret oro mea i p̄spectu tuo

dñe **I**nclina aure tuam ad p̄ cẽ meã. **Añ laudes. v. F**iat misericordia tua. **A**d laud. psalm.

Diserere. **Añ. S**acrificium deo spiritus contribulatus.

Omine exaudi oratõez meas aurib; percipe obsecrationem meam in verita/ te tua: exaudi me in tua iusti/ cia.

Et non intres in iudici/ um cū seruo tuo: qz nõ iustifica bitur in cõspectu tuo omis vi uens.

Quia persecutus e mi micus animã meam: humili/ auit in terra vitã meam. **C**ol locauit me in obscuris sic mor tuos seculi: et anxiatu est sup me spiritus meus: in me p̄tur batum est cor meũ.

Memor fui dierum antiquoz: medita tus sum in omib; op; b; tuis: i factis manuũ tuaru medita/ bar.

Expandi manus meas ad te anima mea sicut terra si ne aqua tibi. **V**elociter exau di me dñe: defecit spũs meus

Nõ auertas faciem tuam a me: et simul ero descẽdẽtib; in lacũ. **A**uditã fac mihi mane misericordiam tuã: qz i te speraui.

Notã fac mihi viam in qua ambulẽ: qz ad te leuaui aĩaz me am. **G**ripe me d̄ inimic; meis dñe ad te p̄fugi doce me faceĩ volũtatẽ tuã qz d̄s me⁹ es tu

Spũs tu⁹ bon⁹ deducet me i terrã rectam: p̄pter nomẽ tuuz domine viuifica b; me i eq̄tate

Lm 9

tua. **A**duces de tribulatiōe
animā meā: ⁊ in misericordiā
tua disperdes inimicos me
os. **E**t perdes omnes qui tri
bulāt aiām meā: qm̄ ego ser
uus tuus sū. **G**loria. **An.** In
veritate tua exaudi me dñe.
Ps. Deus deus meus. **An.**
Illumina dñe vultum tuum
Omine au/ sup nos.
diuī auditiōne tuam et
timēti. **D**ñe opus tuuz ī me
dio annoz viuifica illud. **I**n
medio annoz notum facies:
cum iratus fueris misericōdie re
cordaberis. **D**e⁹ ab austro
veniet: et sanct⁹ de mōte pha
ran. **O**peruit celos gloria e⁹
⁊ laudis eius plena est terra.
Splēdor eius vt lux erit: cor
nua in manib⁹ eius. **I**bi ab
scōdita est fortitudo eius an
te faciē eius ibit mors. **A**gre
diatur diabolus añ pedes ei⁹
stetit ⁊ mensus ē terrā. **A**spe
xit ⁊ dissoluit gētes: ⁊ contri
ti sūt montes seculi. **I**ncurua
ti sūt colles mūdi: ab itineri
bus eternitatis ei⁹. **P**ro ini
quitate vidi tētorā ethyopie
turbabūf pelles terre madiā.
Nunqd in fluminib⁹ iratus
es dñe aut in fluminib⁹ furoz
tu⁹: aut ī mari indignatiō tua
Quī ascendis sup eqs tuos:
⁊ qdrige tue saluatiō. **S**uscī
tans suscitabis arcū tuū: in
ramēta tribub⁹ q locutus es.

Fluuios scindes terre: vide
rūt te ⁊ doluerūt mōtes: gur
ges aq̄rū trāsijt. **D**edit abis
sus vocē suā: altitudo ma
nus suas leuauit. **S**ol ⁊ luna
steterūt in habitaculo suo: in
luce sagittaz tuarū: ibūt ī splē
dore fulgurātis haste tue. **I**n
fremitu conculcabis terram:
in furore obstupefacies gētes
Agressus es in salutē poplī
tui in salutem cū christo tuo.
Percussisti caput de domo
impj: denudasti fūdamentū
vsqz ad collū. **M**aledixisti
sceptris ei⁹ capiti bellatorū
ei⁹ venietib⁹ vt turbo ad disp
gendū me. **A**xultatiō eoz si
cut eius qui deuorat pauperē
in abscondito. **V**iam fecisti
in mari: equis tuis in luto aq̄
rum multarū. **A**udiuī ⁊ con
turbatus est venter meus: a
voce cōtremuerūt labia mea.
Ingrediatur putredo ī ossib⁹
meis: ⁊ subter me scateat. **V**t
requiescam in die tribulatiōis
vt ascendā ad populū accin
ctū nostz. **F**icus enī nō flo
rebit: ⁊ nō erit germen ī vine
is. **M**entietur opus oliue. ⁊
arua non afferent cibū. **A**b
scidetur de ouillī pecus: ⁊ nō
erit armentum in presepibus
Ago aut in dño gaudebo et
xultabo in dō iesu meo. **D**e
us dñs fortitudo mea: ⁊ pōet
pedes meos quasi ceruorum.

Et sup excelsa mea deducet
me victor: in psalmis canente
Gloria. **An.** Dñe audiu au
ditu tuu et timui. **ps.** Lauda
te. **An.** In tympano et cho
ro in cordis et organo lauda
te deū. **Hymnus.** Ecce iaz.
Repleti sumus. **Sup bn**
dictus an. Per viscera mise
ricordie di nostri visitaui nos
oriens ex alto. **Sabbato In**
uitatoiu. Dominu deu nrm
venite adoremus. **ps.** Veni
te exultemus. **In noc. psalm**
Antate domio ca
ticu nouu qz mira
bilis fecit. **Sal**
uauit sibi dextera
eius: et brachium
sanctum eius. **Notum** fecit
dñs salutare suum: in conspe
ctu gentium reuelauit iusticia
suam. **Recordatus** est mise
ricordie sue et veritatis sue do
mni israel. **U**iderunt omnes
termini terre salutare dei no
stri. **I**ubilate deo omnis ter
ra: caritate et exultate z psallite
Psallite dño i cithara i citha
ra z in voce psalmi: in tub du
ctilibus et voce tube cornee.
Iubilate in cōspectu regis do
mni: moueatur mare et ple
nitudo eius orbis terrarum:
et qui habitant in eo. **E**lu
mina plaudent manu simul:
mōtes exultabūt a conspectu
dñi: qm̄ venit iudicare terraz.

Iudicabit orbem terrarū i iu
sticia et populos in equitate.
Dominus regnauit ira
scatur populi: qui sedes
super eberubin moueat terra.
Dominus i sion magnus et
excelsus super omnes poplos
Confiteant nomini tuo ma
gno quonia terribile et sanctū
est: et honoz regis iudiciū dili
git. **T**u parasti directōes iu
diciuz et iusticiam in iacob tu
fecisti. **E**xaltate dominū de
um nostrū: et adorare scabel
lū pedū eius quoniam sanctū
est. **M**oses et aaron in sacer
dotibus ei: et samuel inf eos
qui inuocant nomē ei. **I**nuo
cabant dominū et ipse exau
diebat eos: in columna nubis
loquebatur ad eos. **C**usto
diebant testimonia eius: et p
ceptum quod dedit illis. **D**o
mine deus noster tu exaudie
bas eos: deus tu propicius fu
isti eis et vltiscēs in omes ad
inuentōnes eorum. **E**xaltate
dominū deū nostrū: et adora
te in monte sancto eius: quoni
am sanctus dominus deus nr.
Gloria. **An.** Quia mirabi
lia fecit dominus.
Iubilate domino om̄ is
terra: seruite dño in leticia. **I**n
tr oite in conspectu eius in ex
ultatione. **S**citote quoniam
dominus ipe est deus: ipe fe
cit nos et nō ipsi nos. **P**opls